

Cuminum  
quomodo  
affetur.

fectam. Sic quoque affatur Tragacanthum, & Gummi Arabicum in frustula dissectum, quousque albescat. Galenus quoque interdum assabat & radices, & herbas, & semen, vt Erysimi, 7. Comp. quæ potius frixa laudat, quam assa. & ideo loquens de Cumino hæc: *Cuminum aceto maceratum continuo tunditur, aut etiã prius modicè frigitur in vase fictili, quod coctum in camino quam optimè sit. Quæ enim exactè, penitusq. cocta non sunt, hæc lutosa potius, quàm figulina sunt, & qualitibus suis medicamenta remittunt. Potest ne adinueniri maior diligentia, quàm hæc Galeni, qui etiam fictilia quænam optima sint, nos docet?*

#### De Vstione, et Combustione. Cap. XXIV.



Comburen  
di modus.

**N**ON leue discrimen posuit Arist. lib. 4. Meteorol. inter Assationem, & Vstionem; quæcumque enim assantur, internè aliquam humiditatem seruant: at quæ comburuntur omnino illa priuantur. Et ideo Gal. lib. 5. secundum loc. c. vlt. terminum adustorũ medicamentorum præfixit esse, cum neque fumosum, neque vaporosum ab ipsis effertur; quæ sunt certa indicia penitus illorum humiditatem cõsumptam fuisse. Modum adurendi multa ante oculos ponit eodem loco dicens: *Contundito, vt massa friabilior euadat, quæ in ollam nouam coniecta, illam figulino luto obturato: operculum adaptetur circa medium perforatum, quo per ipsum foramen rudicula imposita pharmacum super prunas impositum agitur. Comburebat præterea & Viperas,*

Viperas, vt ad Pisonem, & Herbas, & Lanam, vt 5. per loc. dicens: *Lentisci, & Perdicij herbae vstæ cum lanis*. Alijs in locis Abrotanum, & Anethum, vt magis exsiccent. Adhæc Pilos, Sepiæ testam, Erinaceos marinos, Cochleas cum testis, Hirundines, Cicadas, Ranas, Alcyonia, & Spongas, sicuti scribitur lib. 2. Simpl. & alia multa, quæ breuitati studens omitto. Modo iam dicto adurebat Cerusam, & multa alia Dioscor. sic & Gal. lib. 4. per genera, c. 1. imperat multa metalla adurenda esse, vt postea abluta, morsum amittant, cuius sunt verba: *Atque hoc etiam memineritis, quod combustis elotis mordicatio, quæ prius adfuit, adimitur, ac interit*. Vritur autem Cadmia, quæ à vulgo Thutia appellatur, iubente Dioscoride c. 75. *super carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & ferrei stercoris modo bullet, mox extinguitur vino Ammineo, sed quæ ad Psoriarum medicamenta aceto. Alij exustam conterunt vino, rursusq. fictili crudo torrent, donec pumicosa videatur. Lauatur deinde in mortario trita effusa subinde aqua, (vel stillatitio Rosarum) dum sordium nihil emergat, & postea coacta in pastillos reponitur*. At Albucasis varijs in liquoribus eam præcipit extinguendam esse adhuc candentem, & forcipe ab igne eductam pro varietate morborum. Eodem modo, quo Cadmia, comburebat, & ille Scoriam, quæ Climia ab ipso dicitur. Sed maiorem partem eorum, quæ aduruntur, Dioscoride impulsore, adurere debemus fictili, quæ iam prius trita sint, aut frustatim incisa, vel carbonibus iniecta follibus accensa. Lapidem autem Pyritem, illo scribente, vt *Calcem cremant*

Metalla adurenda.

Cadmia quò vratur.

Scoria quò pacto adurenda.

Lapis Pyrites quomodo adurendus.

Chalcitis  
quo pacto  
aduratur.  
Fax vini.

Auripigm.

Aerugo.

Scoria Ar-  
genti, & Au-  
ri.

Stibium id  
est Antimo-  
nium.

Sal.

mant in caminis aliquot diebus, cumq. colorem rubricæ con-  
traxerit, eximentes recondunt. Uritur autem Chalcitis fi-  
ctili nouo uiuis carbonibus supposito: cocta erit, cum bullas  
excitare desierit, & perfectè inaruerit. Fax vini combu-  
ritur fictili crudo, ut Alcyonium, oblinito vasis spiraculo  
luto, cum figulinum percoquetur, seruant; sed experimen-  
tum legitimæ coctionis est, ut aerio nitore albescat, & lin-  
guam tactu urere videatur. Auripigmentum, donec igne  
flagret, & mutet colorem. Et Aerugo in fictili patina, do-  
nec colore subcinereascit. Hæc ille. Scoriam Argenti,  
& Auri sic iubet Albucasi. cremandam esse. Accipe  
de Scoria quantum vis, & tere ipsam quantum vis, et confice  
cum melle, & pone in vase fictili nouo, & line cum argilla,  
& fac foramen in superficie coopertorij, ut fumus exhalet,  
& pone in medio ignis ex carbonibus, quando incipit Scoria  
comburī, aspice fumum, qui egreditur ex foramine, si decli-  
nat ad nigredinem; sed quando videris ipsum declinare ad al-  
bedinem, aufer ab igne, & extrahe Scoriam, & projicias de  
vino bono super ipsam, ut extinguatur; deinde tere, & ute-  
re. Stibium autem torretur, ut Diosc. placet lib. 5.  
c. 90. adipe circumlinitum, & carbonibus obrutum, donec  
carbunculetur adeps: exemptumq. restinguitur mulieris la-  
cte, quæ marem peperit, aut vetere vino. Uritur etiam car-  
bonibus succensis efflatum, quoad flagret; si enim paulò ma-  
gis concremetur, fit plumbum; lauatur, ut Cadmia. At  
Recentiores Stibium ita adurunt, ut liquetur, ita ut  
perlucidū conspiciatur, & c. 117. Sal communis verò  
aqua semel abluitur, & siccatur, in ollam coopertam mitti-  
tur, subdito igne mouetur, donec non exsiliat.

Nonnulla alijs admista faciliè aduruntur, sed per  
seipsa

seipsa difficilimè, à quibus & acquirunt aliquam qualita-tem à Medico exoptatam. Exemplo sit nobis plumbum, cuius viam adurèdi narrauit Diosc. lib. 4. c. 87. sic: *Superquàm tenuissimas laminas Plumbi fi-ctili nouo positas Sulphur inspergito, additisq. rursus lami-nis, interiecto semper sulphure, usque dum expleueris, suc-cendito. Flagrante autem Plumbo ferrea rude versato, do-nec perfectè in cinerem redigatur, nihilq. nonustum hæserit; tum demum obstructis naribus eximito. Aut elimatam scobè in olla cum Sulphure trito. Alij laminam in fictili crudo, ut dictum est, imponunt fornaci, aut foco, & circumlinentes oper-culum, dato exili spiramento trunt. Alij pro Sulphure Ce-rusam, aut Hordeum inspergunt. Alij integras laminas impo-nentes acri igne trunt, & rudicula ferrea continuò mouent: sed difficilis huiusmodi est vstio. Placet nobis magis primus modus, postea abluatur, ut Cadmia. Hæc ille.*

Aliqua denique adurantur, ut efficaciora, & vigo-rosiora euadant; nō enim Diosc. teste, semper vstio mitiora reddit iam adusta, sed valētiora, ut Sal, Vi-ni fæx, Nitrum, & Calx. Hæc conficitur, sicuti lib. 5. c. 124. legitur, è glebis lapidum crematis, necnon è vili marmore, quæ ceteris præfertur, cremantur autem in furno. Interdum fit ex testis marinorum Buccinorum, quæ cum can-didissima fuerit, à clibano extrahito.

Aduritur ferrum vel potiùs liquefcit, quod Re-centiores Chalybem dicunt, ut faciliùs læuigetur, aceto superinfuso, hoc modo. Sumatur Ferri puti virga, alteraq. Sulphuris, illa ferri ardentissimo can-delcat igni, ita ut rubea euadat, cuius vni extremo apponatur extremum virgæ Sulphuris; confestim

M lique-

Sulphur  
multis mo-  
dis combu-  
ritur.

Calx quo-  
modo confi-  
ciatur.

Chalybs  
quo pacto  
aduratur.

## 90 De vera Methodo &amp;c. Lib. I.

liquefcat ferrum, paruasq. in guttulas decidet, quæ in mortario sine aliquo labore in puluerem redigetur, & postea aceto macerabitur acri.

Chalcitis.

Chalcitis hoc modo aduritur, teste Gal. lib. I. de Antid. c. 15. cuius verba: *Quattuor Chalcitidis drachmas cum Theriaca solummodo capiat, multò plures affare cōueniet hoc modo: Conijce in exiguam ollam Chalcitidis crudæ drachmas non pauciores quadraginta; postea succensis carbonibus ollam absque operculo in medio prunarum statue: cumq. lique factum Chalcitin videris, ac quæ leuissima, & spumosa pars eius est innatare, statim ollam ab igne amoue, humiq. collocata, nec vt aliquando solebamus, sicuti qui ignem accendunt, ipsi insuflabis. Mirandum est enim quantum ita faciendo luteus, flauusq. color emergat: non tamen in Sole collocanda erit, sed in Umbra, donec frigeat, permittenda. Hinc postea id solummodò capies, quòd supernè spumeū fuerit, quodq. neque luteum, neque flauum, neque pallidum est; deinde experiundi gratia aliquantulum eius, quod probaueris, accipe, atque comminue, & num quis ex supradictis coloribus appareat, inspice; nam si qualis accepta est, viridis, aut cinerea manserit, drachmas quattuor ipsius impones: Talem namque Chalcitin exiguam inuenies, etiamsi multam exusseris. Hæc Gal. Sed pauci, aut nulli Pharmacopœi hoc pacto Chalcitin adurant leuissimam illam portionem accipientes; immo tota & sic impura, & fORDIDA vtuntur, dummodò, vt sui est moris, tantam impensam subrefugiant.*

Error Se-  
plasiariorū.

